



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Divus Stanislaus Kostka S.I.**

**Callenberg, Caspar**

**Neuhusii, 1716**

Iconismus 44.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69536](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69536)



*Epigraphe: NOSTRI RECEDITE ! RECEDITE !  
EXITE INDE. Isaia 52. 11. Epigram.*

*Ut Parca parcunt, ut Luci lumine lucent:*

*Mundus ita est mundus; ne maculere, fuge:  
Inficit affrictâ Mundus fuligine mentem,  
Immundum Mundum desere, mundus eris.*

*Ad Mundum.*

*Tepositum Scriptura loco canit esse maligno:*

*Scilicet igne malo, Munde Mal-igne, flagras.  
Igne flagras triplici; nam fastus totus ab Igne,  
Totus avaritie, luxuriaq; flagras.*

*Cum toto tam spurca flagrent incendia Mundo,  
Qui sapis, hanc Sodomam desere; Lothus eris.*

## ICONISMUS 44.

*Stanislaus fratri suo Paulo ad seriam vitam emendationem traducto, & ad cœli limina stanti, inscribit Epigraphen hanc: DVCE ME PERDVCTVS. Ovid. l. 3. Am. el. 12.*

*Epigramma ad Stanislaum.*

*Post mortem fratris resipiscis denique Paule:*

*Crede mihi, fratris Mors, tua Vita fuit.*

*De conversione Pauli.*

*Astra Stanislaus vix scandit; quando refingi,*

*Inq; novum frater cœpit abire virum.*

*Exclamare juvat, versaq; applaudere Vitæ:*

*Quàm subito Paulus, qui modò Saulus eras*

*De*



De eadem.

In vita fratris *Bacchanal Paulus* agebat :  
 Frater obit : *Cinerum* nunc agit ille diem,  
 De eadē *Parergon morale ad Colmoph.*  
*Ditior* ut fieret *resipiscens Paulus* ; & aurum  
 Abjicit, & reliquas, futile pondus, opes :  
 Dum pedes ingreditur, pedes hic, quæ sita *relictis*  
*Ocyor* ad *Cœli sydera* tendit equis.  
 Ut ne *solus* eat, præbe sis, *Cosmice*, cœptæ  
 Te comitem *Vita*, te comitemq; *vie*.

*Parergon morale secundum.*

Aspice *Kostkæo* natum de sanguine *Paulum* :  
 Quam subito est *Cygnus*, qui modò *Corv*<sup>9</sup> erat.  
 Vix sacer afflârat *divinæ spiritus auræ* :  
 Expulsus toto pectore *Mundus* abit.  
 Disperguntur opes, irritamenta malorum :  
*Heres* ex toto scribitur *asse Deus* :  
 Ex *tabulis Pauli* te fortè querere, *relictum* :  
*Hæredem exempli* te jubet esse sui.

ICONISMUS 45.

Exprimit in magna tabula *Stanislaum*, ut com-  
 munem in omni necessitate opitulatorem. Hic  
 enim exhibetur, ut *Dæmones* ex obsessis ejiciens, cū  
 Epigraphe: IN MANV ROBUSTA ELICIET IL-  
 LOS DE TERRA. *Genesis 6. 1.* hic effigiatur, ut